

PRO DIE 10. JULII ANNO MDCCLXXI.

A MEDIO 9. AD MEDIUM 11.

IN AUDITORIO MAJORE TREVIRENSIS ACADEMIÆ

E X E R C I T I U M
J U R I D I C U M,
T E N T A M I N I P R O G R A D I B U S
P R Æ M I T T E N D U M,
P R O P O S I T I S E X V A R I O J U R E T H E S I B U S,

Q U A S

P R Æ S I D E M E

G E O R G I O C H R I S T O P H. N E L L E R,

J. U. D., & ad Ss. Theologiæ Doctoratum admissio, Ss. Canonum Professore ordinario, insignis Ecclesiæ Collegiæ ad S. Simeonem Canonico capitulari & Bibliothecario, Reverendissimi & Serenissimi Archiep. Trevir. S. R. I. Principis Electoris Consiliario intimo, & Examinatore Synodali &c.

D E F E N D E T

NOBILIS, ORNATISSIMUS, AC ERUDITUS

D. JOANNES JOSEPHUS PIZZALA,

ex Valle Ehrenbreitsteinianâ, AA. LL. & Philosophiæ Baccalarius, Juris utriusque, S. R. I. publici, & feudalis auditor.

Augustæ Treviroyum, Typis ESCHERMANNIANIS.

PRO DIE 10. JULII ANNO MDCCCLXXI
IN AUCTORITATE MAJORIS CONVENTUS ACADEMICI
EXERCITIUM
JURIDICUM

OPPUGNANTES.

NOBILES, ORNATISSIMI, AC ERUDITI

D. GODEFRIDUS HENRICUS KELSINGER, ex Valle Ehrenbreitsteinianâ, Juris utriusque, & Feudalis auditor, S. R. I. publici, & criminalis emeritus.

D. CAROLUS JOSEPHUS HENOUMONT, ex Bissen Ducatus Luxemburg. Juris utriusque, & Feudalis auditor.

GEORGIO CHRISTOPHO WELTER
J. D. & ad Theologiae Doctorem ordinis, & ad
honorem hunc ordinis, Collegii hujusmodi
Stimuli & Canonici & Bibliothecarii, hujusmodi
& Cathedrali Archiepiscopi & S. R. I. Principis
Constitutionum, & hujusmodi res veritas.

D. JOHANNES JOSEPHUS PAXALA
ex Valle Ehrenbreitsteinianâ, ALII & Feudalis Auditor
Juris utriusque, & R. I. publici & criminalis auditor.

Agens hunc, Typis ESCHERMAJERIANIS.

REVERENDI
EXCELL
D. FRAN
LUDOV
WALDEC
DOMINO TEMPO
CORDEL, T
GE
ECCLESIE METR
NICO C
REVERENDISSIMI
S. R. I. PRINCIPIS
LIARIO STATUS
AULICI PRÆSI
RU
INCLYTI ORDINI
DOMINO
P

REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO,

ET

EXCELLENTISSIMO DOMINO,

D. FRANCISCO CAROLO
LUDOVICO LIB. BAR. BOOS

A

WALDECK & MONTFORT,
DOMINO TEMPORALI IN KYLBURG, RHAMSTEIN,
CORDEL, THIESBURG, PILZEN, HAMM,
GEROLFANGEN &c. &c.

ECCLESIAE METROPOLITANÆ TREVIRENSIS CANO-
NICO CAPITULARI & DECANO,

REVERENDISSIMI AC SERENISSIMI ARCHIEPISCOPI,
S. R. I. PRINCIPIS ELECTORIS TREVIRENSIS CONSI-
LIARIO STATUS INTIMO, REGIMINIS ELECTORALIS
AULICI PRÆSIDENTI, AUGUSTÆ TREVIRO-
RUM PRO - PRINCIPI,

INCLYTI ORDINIS A LEONE MAGNO PALATINO
EQUITI,

DOMINO AC MECOENATI MEO
PERQUAM GRATIOSO.

REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO,

ET

EXCELLENTISSIMO DOMINO,

D. FRANCISCO CAROLO

LUDOVICO LIB. BAR. BOOS

A

WALDECK & MONTFORT,

DOMINO TEMORALI IN KYLBURG, HANNSTEIN,

GORDEL, THESSBURG, PILZEN, HANNA,

GRACHPANGEN, &c. &c.

ECCLESIAE METROPOLITANAE TREVIRENSIS CANO-

NICO CAPITULANI & DECANO,

REVERENDISSIMI & SERENISSIMI ARCHIEPISCOPI,

S. R. I. PRINCIPIS ELECTORIS TREVIRENSIS CONS-

ILIARIO STATU INTIMO, REGIMINIS ELECTORALIS

AULICI-PRESIDENTI, AUGUSTAE TREVIROR-

UM PRO-PRINCIPIS,

INGLYTI ORDINIS A LEONE MAGNO PALATINO

EGIT,

DOMINO AC MECORNAVATI MEO

TERGUM GRATIOSO.

REVERENDISSIMO
EXCELLENTISSIMO
GRATIOSO



Respublica cum
Trenonici Commendator
regi onâ stabuli Praefectu
tres hoc tempore De
solitus est prodire ab

REVERENDISSIME, ILLUSTRISSIME, EX-
CELLENTISSIME, ET PERQUAM
GRATIOSE DOMINE.



ex purissimo Nobilitatis Boosianæ auro admi-
ratur hodie Germania nostra ductile Cande-
labrum, sex illustrissimis ex utroque Parente
Fratribus, velut totidem protensis calamis,
seu brachiis consistens, quorum luminosa
virtute tota quaquaversum illustratur, &
coruscat Respublica cum Ecclesiâ: unus calamus inchyti Ordinis
Teutonici Commendator Provincialis, unus Supremus in Trevi-
rensi aulâ stabuli Præfæctus, quatuor Canonici majores, atque isto-
rum tres hoc tempore Decani. Concentratæ ejusmodi lucis fulgor
rardò solitus est prodire ab innumeris ferè primæ Nobilitatis nostræ
Germa-

REVERENDISSIME, ILLUSTRISSIME, EX
CELLENTISSIME, ET PERQUAM
GRATIOSÉ DOMINE.

*Germanicæ utit lucidissimis lampadibus; aut enim virtus calamis,
aut calami defuerunt virtuti: sic autem benedixit Deus pietati Ma-
tris Hohenfeldicæ, sic coronavit integritatem Patris, viri optimi,
cui inter multiplices aulae curas non fuit potior, quàm filios educa-
tione nobili donatos sistere ecclesiis: & patriis, omnes, unicâ cum
sorore, primæ laudis matronâ, Buchonicæ gemmâ, utriusque pa-
rentis illustres virtutes in solidum partituros. His mediis Reveren-
dissima Excellentia Tua in eâ iam tum ætate, cujus ordinariè pro-
prium est exspectare, posita fuit super Candelabra eminentiora,
Vicariatûs generalis, Cantoratûs, & Decanatûs hujatis Metropo-
litaneæ, altioribus nec impar merito, nec inhians ambitu: solus Te
querit,*

querit, atque à Te quæ-
sac exteriorum longè lat
Trecivorum, Augustæ
sua pro civitate a
pimenta. Si Te Civ
nes invidum quidquam
mesto Patrum nostrorum
oppressam, plebi infamæ
durantibus aperta semper
curata laux justitiæ,
indignis Consi oraculo

querit, atque à Te queritur amor, Civium, Cleri, Principis, ad
hæc exterorum longè latèque, quorum passim in ore est Pro-Princeps
Trevirorum, Augustæ hujus Gubernur, belli pacisque tempori-
bus suæ pro civitate ac patriâ sollicitudinis luculenta ostendens ar-
gumenta. Si Te Civium Delicias dixero, nec nimium fabor,
nec invidum quidquam; notum quippe est, Te in amoribus esse
inchyto Patrum nostrorum Senatui, mercatorum collegio, tribubus
opificum, plebi infimæ, quibus laborantibus, consulentibus, im-
plorantibus aperta semper est curia Tua, levatum audientiæ velum,
parata lænx justitiæ, gratiosus affatus, promptum extemplo in
ambiguis Consi oraculum, suppetiæ, non lacrynis extortæ, sed
sponte

sponte oblatæ. Quæ sint impensæ TIBI quotidianæ, ut ad hono-
rem Principis mensam exhibeas Nobilitati, Clero, Consiliariorum,
ac Senatorum ordinibus, Ministris, & Officialibus togæ sagique
Regum ac Principum, magno semper numero Treviros incisentium,
novit universus populus: quantam vim eleemosynæ in pauperes,
præsertim hoc tempore egestate pressos religiosos mendicantes, fa-
ciat dextera Tua, nescit sinistra Tua: ærarium civitatense quantâ
sub Tuo exarchatu non curatur fide? Quanta curiosior politicæ est
vigilantia, ut sancta Treviris munda sit à rebus & hominibus sor-
didis, lenonibus, furibus, impostoribus, falsis ponderibus, vinis,
atque mensuris? Quanta solertia, ut insalubre paludibus fossa-
tum

tum circa muros fac
olusque plantatis anneru
et novis edificiis exorn
ris innovata est facies
tini B. M. V. fani;
Scipia, vetus Senator
litor est redditus, &
tore superbam curiam p
oneo suo accepit; Tu
Philippi nuncupatus,
tis, cianque aperuit

tum circa muros successiva terra ingestione exsiccetur, arboribusque plantatis amicum præbeat ambulacrum? Quanta sollicitudo, ut novis ædificiis exornaretur Augusta? sanè Tuis præsentibus curis innovata est facies interior totius majoris Ecclesiæ, huicque vicini B. M. V. fani; Tuas ad instantias vicus sub stellâ, per quem Steipa, vetus Senatorum curia, ædem Domini majorem aspicit, latior est redditus, & à JOANNE PHILIPPO Glor. Mem. Electore superbam curiam pro aliquo de gratiosis Dominis Canonicis in cuneo suo accepit; Tuo consilio, atque suggestu vicus transversus, Philippi nuncupatus, junxit duas insignes plateas, panis & carnis, viamque aperuit in priore habitantibus ad insignem FRAN-

CISCI

CISCI GEORGII fontem: vicus S. Simeonis ostentat pro splendore suo augendo domum recens à Te acquisitam, magnificè auctam, extractam. In generali, quæ nondum cessat, annonæ caritate providentia Tua singulariter eminuit, ut aliunde adveherentur fruges, ne aut Dardanariorum, aut pistorum pravitas, aut avaritia divitum granis abundantium auget calamitatem, nève rustica, sylvestrisque regionis S. Eiffliacæ, gens fame interiret, vel pro satis semine careret, adeò, ut, dum alibi inedia furores plebis publicos accendit, apud nos patientia duris cedens levius panificæ rei pretium tranquillè expectet: Juri Stapulæ, quo Imperatoria largitas civitatem istam olim donavit, discretio Tua sic moderata est dexterè, ut à
præ-

CISCI

perennantibus
icis, & negotiis
conciliant Tibi con
sili Antecessori Tuo
inter gratias & pa
nita, eadèmq; si
tissima, ut in quale
pagellas Nonini Su
neas committo, ac
rga omnes, præfer
pauitate non asperna

præternavigantibus commodo pretio res victui necessarias compareret
civis, & negotians lucro non careat æquo. Hæc, aliâque plura
conciliârunt Tibi communem civium amorem, sicut quondam immor-
tali Antecessori Tuo in hoc munere, Joanni Philippo; cùmque hæc
inter gratias & parenti meo & mihi multis ab annis obvenerint
multæ, eadêmque singulares, patietur Excellentia Tua Reveren-
dissima, ut in quale quale grati animi testimonium juridicas hæscæ
pagellas Nomini Suo Illustrissimo, cuius potenti clypeo fortunas
meas committo, ac conuendo, dedicare ausim, quas si pro Sua
erga omnes, præsertim verò civium Trevirensium filios, gratiosâ
facilitate non aspernabitur, vel ex eo me reputabo fortunatum, qui
inter

inter vicemalia, atque iterum vicemalia vota reverentissimam sub-
missione vivo, moriorque

REVERENDISSIMÆ, ILLUSTRISSIMÆ, AC
PERQUAM GRATIOSÆ EXCEL-
LENTIÆ TUÆ.

Servus humillimus, ac omni devotione
mancipatus F. F. PIZZALA.



I
EX

Tollitur autem om-
si quis, consen-
terest, quis lo-
veratur enim & alio
ad invito eo, solutio,

Solutio 1. Textus præse-
ntis, sed proponit jus

2. Solutio id, quod deb-
pater, si creditor sibi
secus debitoris, vel fu-
juris naturalis pingi po-
cipit eorum loco 50. an
minori pretii esset.

3. Tres in hoc textu sunt
nes, solvens pro securi-
tu naturale, ac crimi-
nullifere; multo min-



I. N. D. N. J. C.
EX JURE GENTIUM.
TEXTUS.

Tollitur autem omnis obligatio solutione ejus, quod debetur, *vel, si quis, consentiente creditore, aliud pro alio solverit. Nec interest, quis solvat, utrum ipse, qui debet, an alius pro eo; liberatur enim & alio solvente, sive sciente, sive ignorante debitore, vel invito eo, solutio fiat.* Princ. Inst. Quib. mod. toll. oblig.

Scholion 1. Textus præsens non continet, nisi in postremo, merum placitum juris civilis, sed proponit jus gentium, sive naturale.

2. Solveretur id, quod debetur; sin aliud, consensus requiritur creditoris. Quidni pariter, si creditor sibi in solum velit capere aliud pro alio, requiretur consensus debitoris, vel supplens eundem auctoritas adjudicantis? Nullo igitur colore juris naturalis pingi potest doctrina, quæ permittit creditori, ut e. g. occultè accipiat equum loco 50. aureorum sibi debitorum, etsi equus notoriè, ejusdem, vel minoris pretii esset.
3. Tres in hoc textu sunt personæ: 1.) creditor, 2. debitor, 3.) alius, sive tertius, solvens pro secundo: creditorem sibi ipsi clam solvere ex re debitoris posse, jus naturale, ac civicum ignorant, etiamsi debitum & acceptum in re fungibili consisteret; multò minùs, si fuerint res, ad invicem non recipientes functionem.

A

4. Pa-

4. Patronus hujus doctrinae, in praxi vix suadenda, frustra laudatur S. Thomas 2. 2. q. 66. art. 6. ad 3., en verba: ille, qui furtim accipit REM SUAM apud alium depositam, gravat depositarium, qui tenetur ad restituendam eam, vel ad ostendendum, se esse innocuum; unde manifestum est, quod peccat, & tenetur ad relevandum gravamen depositarii. Qui vero furtim accipit REM SUAM, apud alium INJUSTE DETENTAM, peccat quidem, NON, QUIA GRAVET EUM, qui detinet; & idem non tenetur ad restituendum aliquid, vel ad recompensandum; sed peccat CONTRA COMMUNEM JUSTITIAM, dum ipse sibi usurpat suae rei iudicium, juris ordine praetermisso; & idem tenetur Deo satisfacere, & dare operam, ut scandalum proximorum, si inde exortum fuerit, sedetur.
5. Propositiones sequentes nec modestia nostra condemnat, nec conscientia commendat, vel agnoscit; a.) Si habeas pro te tantam probabilitatem facti, non poteris tibi compensare; secus, si probabilitatem juris, in aliquibus casibus; ut in testamento minis solemniter legatarius occultè surripere legatum heredi necessario, (ab intestato) quia probabile est, quod in eo testamento valeat legatum; & similiter potest haeres ab intestato hereditatem eripere ab haerede per tale testamentum instituto; quia probabile est, illud esse nullum.
6. Si hinc ad annum tibi aliquis debitor sit certò 100, & prudenter judices, quod non sit tunc soluturus, potes eos tibi hodie per compensationem retinere, aut surripere; quia cuilibet licet, quando res sua est in periculo, illius asecurationem, vel pignus acquirere; teneris tamen ipsi de lucro inde cessante, & damno emergente, quia secus ille subiret poenam ante peccatum.
- c.) Potes surripere rem, quam tuus debitor mittebat ad alium in donum, aut in solutionem debiti, si nondum sit acceptata ab alio.
- d.) Si apud alium sit res tui debitoris titulo commodati, locati, aut pignoris, non potes ei surripere, quia facis ei injuriam. Si autem sit titulo puri depositi, ita, ut tum quoad usum, tum quoad administrationem, sit tui debitoris, putant, te posse ab eo surripere, quia sic materialiter est, quod inveniat apud alium.
- e.) Si tuus debitor rem suam tibi commodavit, aut apud te deposuit, quamvis ex cap. bona fides de depof. & l. ult. C. eod. non possis eam tibi retinere in compensationem; tamen plures probabiliter has leges intelligunt tantum pro foro externo, non autem pro foro conscientiae.
- f.) Si apud te inveniat aliquid tui debitoris defuncti, non hypothecatum aliis, potes illud tibi retinere in compensationem crediti, etiamsi talis retentio sit in praedictum creditorum defuncti, qui essent magis privilegiati, seu anteriores, nec ejus hereditas sufficeret pro omnibus; quia ea res apud te inventa videtur esse veluti pignus pro credito tuo.
- g.) Con-

g.) Conditio hinc, ut e-
nem non est requiritur
moralis secundum plura
habere; cum semper sit
h.) Si tuum creditum
debitoris auferendo, non
debitorem, & non po-
nemo jus suum obtine-
rem tuam.

i.) Sed neque hinc con-
potes novare debitorem
condonationem, vel su-
mo.

k.) Similiter, si in co-
depositam, ex charita-
coactus à iudice ad
accidens, & indirectè
impunitur.

l.) Quamvis compensari-
debito pecuniario; tan-
bita, non peccas, si n-
beas aliam modum tibi
debitori potius imputa-

m.) Ex charitate teneris
suam surripere; cum id
Agnoscit hinc propositio
nonis; justitiae permit-
rectum sequatur: quia
causa?

n.) Si feratur excommuni-
prehenditur is, qui in
alio tui facile suum crea-

o.) Imò, quamvis sente-
pensionem acceperint,
natio fertur pro peccato
pit, non peccat, est
pam.

- g.) *Conditio hæc, ut creditum non possis aliâ viâ obtinere, ad occultam compensationem non est requisita ex justitiâ commutativâ, sed tantum legali; nec obligat sub mortali secundum plures, & Tamburinus ait, in praxi vix in nostrâ ætate locum habere; cum semper sit difficile suum recuperare per auctoritatem judicis.*
- h.) *Si tuum creditum non possis aliâ viâ obtinere, nisi per vim & rapinam aliquid debitoris auferendo, peccas contra justitiam... nisi verò res tua extet in specie apud debitorem, & non possis eam recuperare ob reipublicæ perturbationem, ita, ut nemo jus suum obtinere per judicem valeat; quia sic habes jus per te recuperandi rem tuam.*
- i.) *Sed neque hæc conditio est requisita ex justitiâ, sed tantum ex charitate, ut postea moneas debitorem ejusque hæredes, ne iterum solvant, quod fiet, fingendo condonationem, vel similem aliam equivocationem; compensando enim uteris jure tuo.*
- k.) *Similiter, si in compensationem tui crediti surripias rem debitoris apud tertium depositam, ex charitate tantum teneris cavere damnum, quod tertius pateretur, coactus à judice ad valorem depositi tuo debitori solvendum; quia hoc est per accidens, & indirectè provenit ex tuâ compensatione, nec tibi utenti jure tuo imputabitur.*
- l.) *Quamvis compensatio regulariter fieri debeat in re simili, puta in pecuniâ pro debito pecuniario; tamen si fiat in re diversâ, puta in veste, pro pecuniâ debitâ, non peccas, si non sequitur inde damnum grave debitoris; imò, si non habeas alium modum tibi compensandi, neque videris teneri de tali damno; quia sic debitori potius imputabitur, non volenti solvere debitum.*
- m.) *Ex charitate teneris cavere, ne ratione tuæ compensationis tertius patiatur tanquam fur; cum id per accidens & indirectè ex tuâ actione sequatur. Reflexio. Agnoscit hæc propositio malum, quod sequi potest ex occultâ actione compensationis; justitiæ permittit indirectè illud causare; charitatem jubet cavere, ne indirectum sequatur; quâ ratione verò id practicans sciet cavere, & poterit fati efficaciter?*
- n.) *Si feratur excommunicatio in omnes, qui surripuerunt bona Titii, non comprehenditur is, qui in compensationem aliquid ab eo surripuit, etiamsi poterat aliâ viâ facillè suum creditum recuperare.*
- o.) *Imò, quamvis sententia excommunicationis dicat: non obstante, quòd in compensationem acceperint, adhuc quidam docet, non comprehendi; quia excommunicatio fertur pro peccato futuro, & qui retinet in futurum id, quod justè accepit, non peccat, etsi forè de præterito in accipiendo peccaverit contra justitiam legalem.*

p.) Si iuste tibi compensaveris, & interrogeris à iudice, *nun scias, quis acceperit, vel an ipse acceperis*, potes negare, etiam cum iuramento; quod probabile etiam est, inquit nonnemo, *quantvis per compensationem acceperis id, quod poteras alià vià facile recuperare*; quia respondes secundam mentem rationabilom iudicis interrogantis, quæ semper videtur esse, *an malè acceperis, non quoad modum, sed quoad justitiam acceptionis.*

q.) In omnibus casibus, in quibus *recompensans* non tenetur restituere, nec etiam tenetur *alius* revelare de illo, *etiamsi excommunicatio specialiter feratur contra scientes, & non revelantes*; quia, cum non comprehendat principalem, nec etiam comprehendit *alios scientes*; ideòque possunt hi uti etiam *aquivocatione*, jurando, ut dictum est *de ipso recompensante.*

EX JURE CANONICO.

Continuatio Tituli XXXVIII. libr. V. Decretalium.

XX. **M**inister dandarum pœnitentiarum superior est Episcopus, ut pote cujus missione ac mandato, non aliter, eas dabunt *ministri inferiores*; * esse hi soli possunt *presbyteri*, non *diaconi*; ** multò minùs alii clerici; minimè *alter sexus*. ***

* *Joan. 20. v. 21. 22.* Christus in vespere suæ resurrectionis primò discipulis suis dedit *missionem*, dicens: *sicut me misit pater, & ego mitto vos*; per hanc ipsos fecit *Apostolos*, quorum successores sunt Episcopi: Apostolatu dato mox subungebatur potestas remittendi, & retinendi peccata: & hoc cum dixisset (pressius ad græcum *ὡς τὸ ἐπιτοῦν, & hoc dicens*) *insufflavit, & dixit eis: accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*: ergò principaliter mittebantur Episcopi ad remittenda, & retinenda peccata; qui sub se constitutis presbyteris hanc potestatem communicaverunt, ordinando eos ultimis illis verbis, sed salvâ sibi ac reservatâ semper præviâ missione ad dandas pœnitentias, quâ phrasi denotatur exceptio confessionum, impositio satisfactionum, & absolutio à peccatis. Et verò, si Apostolus *ad Rom. 10. v. 14.* dicat: *quomodo verò predicabunt, nisi mittantur?* à potiori dicendum: *quomodo peccata remittent, nisi mittantur?* S. IGNATIUS martyr, conditctus *Theophorus*, i. e. Deifer, qui vidit Christum in carne post resurrectionem, & interfuit rei, quæ supra *Joan. 20.* contigisse narratur, in *epist. ad Smyrneses*, quæ est de septem ejus genuinis, tradidit generale præceptum hoc: *Nemo præter Episcopum aliquid agat eorum, quæ ad Ecclesiam pertinent; ipse est dispensator rotius intelligibilis naturæ; & in aliâ ad Trallianos scripsit: necessarium est enim, vos nihil præter Episcopum facere, neque aliquid agere*: Ex hoc generali principio deduxit idem S. Antioche-

næ

ne Ecclesie Episcopus
offere, neque SACR.
ferri secundum tenor
LLIANUS saculo II. in
MI jus habet summum
averi sine Episcopi
22. pœnitentiam re
lyerum, si quis gravi
debere, sed potius ap
rum communionem præ
tum Carthagin III. an
citer pœnitentem, nisi
no Can. 14. XXVI.
quâ publicè peccatens
ut hæc restitutio spec
nequidem occurrè pœn
nisi ab Episcopo missi
nura Episcopi, quare
& remittere vel retin
cretionis, dexterarum
nem suppeditat Conc.
poscit, ut sententia IN
antem presbyter nullam
XVI q. 1. valde mirab
que proprii Episcopi l
videlicet pœnitentiam, r

** Tridentinum Sess. 14.
cum nemo possit remi
dit illud Joan. 20. v.
I. cap. 293. Ut nullu
nisi Episcopus, vel presby
teri, quib
dicit agitare alii debent
alud in fidei communio
quæ est potestas clavium
dicit Pictaviensis de an. I.
antogen, qui in illâ dio
dicit, & in foro pœn
nati, sive Trevirensis I
presbyter non fuerit præf
** Cap. 10. h. t. ubi in
dicitur: Nova quædam

nae Ecclesiae Episcopus in priore epistola: propterea non licet sine Episcopo, neque offerre, neque SACRIFICIUM immolare, neque missas celebrare, sed, si ei visum fuerit secundum beneplacitum Dei, tunc demum tutum & firmum erit. TERTULLIANUS saeculo II. in III. lib. de baptismo cap. 17. ait: dandi quidem BAPTISMI jus habet summus Sacerdos; dehinc presbyteri & diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate. Concilium Eliberitanum in Hispania an. 313. can. 32. poenitentiam reservavit (extra casum infirmitatis) soli Episcopo: apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere poenitentiam non debere, sed potius apud Episcopum; cogente tamen infirmitate, necesse est presbyterum communionem praestare debere, & Diaconum, si ei iusserit Sacerdos. Concilium Carthaginense III. an. 397. can. 32. Ut presbyter, inconsulto Episcopo, non reconciliet poenitentem, nisi absente Episcopo, & necessitate cogente; & referatur a Gratiano Can. 14. XXVI. q. 6., ubi quidem plerique canones de reconciliatione illa, qua publice poenitens communioni externae solemniter restituitur, loquuntur; aded, ut haec restitutio speciale reservatum ac functio ordinis Episcopalis sit; nihilominus nequidem occulte poenitentibus dare poenitentias & absolutionem potuerunt presbyteri, nisi ab Episcopo missi, vel idem, quia omnis eorum pro ecclesia actio dependit a nutu Episcopi, quarum sane praecipua summique momenti erat dare poenitentias, & remittere vel retinere peccata, requirens plurimum doctrinae, prudentiae, discretionis, dexteritatis, & charitatis can. 1. in med. dist. 6. de poenit. Aliam rationem suppeditat Conc. Trid. Sess. 14. cap. 7. quia natura & ratio iudicii illud exposcit, ut sententia IN SUBDITOS DUNTAXAT feratur, sine missione Episcopi autem presbyter nullum habet subditum. Unde Paschalis II. an. 1102. in can. 9. XVI q. 1. valde mirabatur, quod monachi & Abbates in Diocesi Bononiensi absque proprio Episcopi licentia episcopalia jura & officia arroganter sibi vindicarent, videlicet poenitentiam, remissionem peccatorum, reconciliationem &c.

** Tridentinum Sess. 14. de Poen. cap. 1. & 6. ex univerforum Patrum consensu; cum nemo possit remittere peccata, nisi cui Christus per ministerium ordinantis dicit illud Joau. 20. v. 22.; non dicit autem hoc Diaconis. Confer Reginonem lib. 1. cap. 293. Ut nullus alius praesumat poenitentiam dare, vel confessionem audire, nisi Episcopus, vel presbyter... Sicut enim sacrificium offerre non debent, nisi Episcopi & presbyteri, quibus claves regni caelestis tradita sunt, sic nec poenitentium iudicia usurpare alii debent. Nec obstat supra laudatum Conc. Eliberitanum; cum aliud sit fideli communionem praestare, aliud poenitentias dare, & remissionem peccati, quae est potestas clavium, solis Episcopis vel presbyteris traditarum, ut ait Synodus Pictaviensis de an. 1280., abusum erroneum cap. 5. sub excommunicatione abrogans, qui in illa dioecesi ex ignorantia inoleverat, ut diaconi confessiones audirent, & in foro poenitentiali absolverent. Istud autem concessit quoque Reginonis, sive Trevirensis Disciplina lib. cit. cap. 296, ut, si necessitas evenerit, ac presbyter non fuerit praesens, diaconus suscipiat poenitentem ad sanctam Communionem.

*** Cap. 10. h. t., ubi Innoc. III. ad diversos Episcopos, & Abbates Cistercienses rescripsit: Nova quaedam sunt auribus nostris intimata, quod Abbatissa moniales proprias

prias benedicunt; ipsarum quoque confessiones in criminibus audire, & legentes Evangelium præsumunt publicè prædicare; cum igitur id absonum sit pariter & absurdum; mondamus, quatenus, ne id de cætero fiat, curetis firmiter inhibere; quia, licet beatissima Virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed istis, Dominus claves regni caelorum commisit.

XXI. Ex presbyteratûs in eo, qui ad dandas pœnitentias mittitur, & præter hunc ordinem ipsius quoque missionis necessitate fluit nullitas absolutionis ex triplici defectu, tenente se ex parte ministri, videlicet 1.) defectu ordinis prædicti, * 2.) approbationis, ** 3.) jurisdictionis. ***

* Si quis non esset presbyter, communi tamen errore crederetur esse, hujus non valeret absolutio, obtentu principii juris civilis, ex l. Barbarius Philippus 3. ff. de off. prætor., huc applicandi, & desumpti ex eo axiomatis: error communis jus facit, vel hujus rectoris: si error communis adsit, respublica ob utilitatem communem supplet defectum substantialem; nam humanior hæc regula locum quidem habet, tam in canonicis, quàm civilibus rebus, sed tunc demùm, si, quæ alicui deest potestas, ex factò solius reipublicæ vel ecclesiæ obtineri possit, qualis non est character duplex presbyteratûs, utpote qui principaliter & immediatè à summo Sacerdote Christo, per ministerium Episcopi ordinante, accipi debet. Si quis autem verus presbyter, nondum tamen approbatus, vel jurisdictione instructus, communi errore talis esse crederetur, tum valeret hujus absolutiones; quia missio, quæ approbatione, & jurisdictionis datione absolvitur, est solius ecclesiæ factum, licet jure divino ad valorem requisitum.

** Lapsus est Honor. Tournelius, de Sacram. Pœnit. quæst. 10. art. 3. scribendo, Concilii quidem Lateranensis ætate approbationem distinctam fuisse à jurisdictione; cum ista à parochis, ita consentientibus Episcopis, daretur, illa verò ab Episcopis; at postea, præsertim verò à Concilio Tridentino, mutatam esse disciplinam, nec amplius jurisdictionem ab Episcopi approbatione distingui, sed eo ipso Episcopum conferre jurisdictionem, quo approbat. Lapsus est, inquam; licet enim regimini & jurisdictionis parochialis concessio, ab Episcopo facta, eo ipso sit approbatio pro tali parochiâ, proindeque stylo curiæ Romanæ vocetur specifica approbatio, Treverensi commissio regendi, sive curæ primaria; licet quoque confirmatio Abbatis aut Decani, collegialis, ruralis, se ipsâ hunc pro suo collegio, vel presbyterio, illum pro suo monasterio, restrictim approbet, ita, ut horum nullus indigeat ulteriore approbatione pro dandâ absolutione suis respectivè canonicis, clericis, & monachis; non tamen vice conversâ omnis approbatio est jurisdictionis datio: 1.) Quia ante Concilium Tridentinum per Clem. 2. §. ac deinde de Sepultur. FF. Prædicatores & Minores pro confessionali approbabantur à suis Superioribus regularibus; & nihilominus, ut per Civitates ac Dioceses confessiones audire, pœnitentias imponere,

ponere, & absolutiones
Superiores suos Episcopos
na, gratis, & lenepar
centi, prædictis fratribus
dictionem: quod si P
bant, tenebatur Super
cau verò, quo nulli ca
dine potestatis illam gra
reforma. cap. 15. Regula
sive in suis, sive in ali
habita, mox audire p
ria jurisdictione, per m
rorum quot annis appro
absolvere in vim solius
dictionem, sive subdit
risdictionem, sed est d
jurisdictionem fore pœni

Additio. Dilucidat hoc p
peris S. Joannis Baptistæ
re, ut curent parochia
administratore statuitur
festum jurisdictionis,
rem & rationem præ
ritur, & heredes aliam
æque ad festum S. Jo
missionem regendi à V
quam enim, quod de
sitet, tamque Or
periculosum foret, a
etiam vicarium canonicum
quandocumque spirituali p
certâ parochiâ approbatu
parochi substituit, fun
alium idoneum, à Cap
tate eò æque, donec
tuerit

XIII. Approbatio confis
tam, vel incertum ten

* Hæc inest 1.) confirmatio
Decanorum: 2.) per se

ponere, & absolutiones impertiri licitè ac liberè valerent, debebant idonei visi per Superiores suos Episcopis, Prælati, aut parochis præsentari, atque ab his licentia, gratia, & beneplacitum peti, & cum gratiarum actione recipi: hæc ergò licentia, prædictis fratribus, domi suæ priùs approbati, dat, præstitit tunc jurisdictionem: quòd si Prælati vel parochi aliquem de sibi præsentatis habere volebant, tenebatur Superior regularis, remoto illo vel subtracto, alium surrogare: casu verò, quo nulli dare licentiam voluissent, *ex tunc modò* eis Papa de plenitudine potestatis illam gratis concessit. 2.) Per & post Tridentinum *Sess. 23. de reform. cap. 15.* Regulares non audient confessiones *secularium*, etiam Sacerdotum, sive in suis, sive in alienis ecclesiis, *sine Episcopi approbatione*; quin tamen, eà solà habità, mox audire possint, sed approbati ab Episcopo erit insuper necessaria *jurisdictio*, per manum Superioris communicanda. 3.) Multitudo presbyterorum quot annis approbatur pro confessionali, nec tamen quispiam eorum validè absolvet in vim solius approbationis ejusmodi; sed querere juxta eam debet jurisdictionem, sive subditos, quos absolvat: igitur approbatio ex se non concedit jurisdictionem, sed est duntaxat *canonicum idoneitatis, & capacitatis ad recipiendam jurisdictionem fori pœnitentialis testimonium*. Vid. Ordin. Eccles. Trevir. tit 5. §. I.

Additio. Dilucidat hoc praxis Trevirensis, quâ parochi, qui supervixit primis vesperis S. Joannis Baptiste, hæredibus cedunt fructus totius anni illius, eo sub onere, ut curent parochiam administrari usque ad futuras primas vespere: de hoc administratore statuitur in *Ordin. Archiep. cap. 2. §. 14.* ita: ,, ad evitandum de-
 ,, *fectum jurisdictionis*, ubi de valore Sacramenti agitur, ac sententiam probabilio-
 ,, rem & tutiorem praticari oportet, declaramus, ubi parochus iura annum mo-
 ,, usque ad festum S. Joannis Baptiste proximum substituere tenentur, vicariam com-
 ,, missionem regendi à Vicariatu nostro generali in scriptis requiri debere; prater-
 ,, quam enim, quòd *delegata jurisdictio capellani per mortem parochi concedentis ex-*
 ,, *spiret*, eamque Ordinarius regulariter non concedat, nec concessisse censeatur,
 ,, periculosum foret, ab hæredibus quoscunque approbatos, forsitan ad regimen
 ,, etiam vicarium tantum hujus vel illius parochiæ minus habiles, cum dispendio
 ,, quandoque spirituali parochianorum pro libitu assumi; ubi tamen vicarius, pro
 ,, certâ parochiâ approbatus, & *jurisdictione delegatâ præditus*, ibidem post mortem
 ,, parochi substituerit, fungi pergat officio vicarii, & in ejus defectu Decanus loci
 ,, alium idoneum, à *Capitulo approbatum*, ob distantiam fortè notabilem, substi-
 ,, tuat eò usque, donec Vicariatu generali denunciari, ac congruè disponi po-
 ,, tuerit.

XXII. Approbatio consideratione temporis alia est perpetua, * alia ad certum, vel incertum tempus. **

* Hæc inest 1.) *confirmationi* electorum ad dignitatem cum curâ, e. g. Abbatum, & Decanorum: 2.) *per se loquendo* etiam *commissioni curæ primariæ*, datæ cum investitu-

vestiturâ in parochiâ, vel alio beneficio curato: unde etiam in Diœcesi Trevirensi parochi territoriorum, Gallici, Lotharingici, & Luxemburgensis, approbationem semel acceptam non renovant; dum econtrâ parochi nostri, qui sunt de Trevirensi, & aliis Germanicis territoriis, quantumvis investiti, singulis trienniis illam renovare jubentur. Ordinatio Archiep. pro Consistorio Trevir. & Officialatu Confluentino de an. 1719 tit. 5. §. 5. sic statuit: „ quando per Decanos rurales aut parochianos Vicariatu significabitur, quod unus vel alter pastor tepidam animarum curam habeat, studiis & prædicationi Verbi Divini se non applicet, & nullo suis commissis ovibus exemplo bono præluceat, poterit ad synodale examen denud vocari; cui conformiter plerumque pastoribus bonæ notæ, præsertim remotiorum locorum, & plurium annorum, sine novo examine extendi solet approbatio de triennio ad triennium. In visitationibus tamen Archiepiscopalibus potest visitator per cætera quoque territoria extra ordinem ad examen vocare eum, qui sibi de neglecto studio, & ignorantia fide dignâ relatione denuntiatus est; inveniuntur enim interdum parochi, qui, cum in juniore ætate fuissent Theologi primi ordinis, succedentibus annis ferè obliterati sunt. Illud verò per totam hanc diœcesin viget, ut, quoties parochus quicumque novam accipit parochiam, toties novo representare se debeat examini, & quidem ad protocollum, coram Archiepiscopali Officiali, Assessore Secretario, & tribus Examinatoribus synodalibus. Supradicta *Ordin. tit. 6. §. ult. junctâ innovatione Serenissimi de anno 1769. 3.)* Perpetua est illa approbatio, quæ datur simpliciter; quia rescriptum gratiæ est, non expirans morte concedentis; & semel approbatus reprobari amplius non potest, nisi ex novâ causâ, prout fert axioma DD. ex l. 12. ff. de Assessor., & l. 9. ff. de negot., quod verum est, etiam si per multos annos ab illâ diœcesi diverteret semel approbatus simpliciter, dummodò non per excorparationem exierit.

* * Ordinationes Archiep. Trevir. de an. 1719. cap. 2. §. 12. volunt cum approbandis ad excipiendas confessiones, seu curam subsidiariam, examen rigidum coram Vicario generali & Examinatoribus ad hoc specialiter deputatis institui, dignisque & habiles inventos admitti, ordinariè tamen cum certâ limitatione temporis ad biennium, seu triennium, ut interea in studiis & praxi se magis exercent, ac ulteriorem approbationem mereri valeant; nisi viri exemplaris, & excellens doctrina approbandorum eos ad revocationem usque approbati persuadeant. Sed praxis nostra ultra triennium neminem approbat, quanquam in aliis diœcesibus religiosi soleant approbati ad tempus incertum subsistentia sue in illis. Quod si quis approbatus esset sub clausulâ: usque ad revocationem nostram, non expiraret approbatio per mortem concedentis, cap. 7. de offic. & pot. jud. deleg., quia mori non est revocare: secus erit in clausulâ: usque ad beneplacitum nostrum; cap. 5. de rescript. in 6., quia mors tollit omne beneplacitum personæ. l. 4. ff. locat.

XXIII. Consideratione personarum absolvendarum approbatio solet esse illimitata: excipe 1.) Moniales, * 2.) approbationem, quæ confirmationi, institutioni authorizabili, seu commissioni regendi per se inest. **

* Ad

* Ad excipiendas harum §1. in 6., sed requiritur regularis, sive secularis, dictione Ordinarii, sive Maji 1670., §. 4. dec. personarum secularium, eosque confessiones mortis approbatione; atque 2. monasterii minime posse 3.) confessores extraneos monialium confessiones approbationis hujusmodi probandos, quoties casus

* Qui alienas monasterii vicariam loco parochiam; sed approbatio limitata limitatum form. cap. 15. de beneficiis administrandum, quod par. 2. tit. 6. cap. 6. refert, nempe, ut parochi dant confessiones; sed in Concilio 3. Dec. an. 1717. rochis aliena diœcesis quibus alienoribus, absque dicit, negativè quoad a Diœcesi Trevirensi inferioriorioris, ex natura approbationis administratione beneficiarum foret perpetuoque nondum effluxisset.

XXIV. Inritu peccatorum approbatio ob certis ob servavit.

* Tunc enim non sufficit; sed positive requiritur non cum rationem approbationis Alexander VII. anno 1713.

* Ad excipiendas harum confessiones non sufficit approbatio generalis, arg. R. J. 81. in 6., sed requiritur in literis expressa hæc ampliatio: *etiam monialium, sive regularis, sive secularis presbyter approbetur, sive moniales sunt exemptæ à jurisdictione Ordinarii, sive non.* Constit. Clementis X. ordine 7. *Superna magni 22. Maji 1670., §. 4. declarans, 1.) Regulares generaliter approbatos ab Episcopo ad personarum secularium confessiones audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones monialium sibi subjectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione; atque 2.) approbatos pro audiendis confessionibus monialium unius monasterii minime posse audire confessiones monialium alterius monasterii; iridemque 3.) confessores extraordinarios, semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad monialium confessiones pro unâ vice audiendas, haud posse expletâ deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum confessiones audire, sed toties ab Episcopo esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.*

** Qui alicujus monasterii, collegii, parochiæ curam accipiunt, sive *primariam, sive vicariam* loco parochi primitivi, hi utique, juxta prædicta, eo ipso approbantur; sed approbatione *tantum limitatâ* ad fines suæ administrationis; cum causa limitata limitatum producat effectum; causa verò hic ex Trid. Sess. 23. de Reform. cap. 15. sit *beneficium abbatiale, decanale, parochiale*, proprio vel alieno nomine administrandum, quod se non extendit ultra locum beneficii. *Van Espen J. E. U. part. 2. tit. 6. cap. 6. à num. 6.,* ubi quarundam diocesum praxin contrariam refert, nempe, ut parochi ex licentiâ alterius vicini parochi in hujus parochiâ audiant confessiones; sed addit num. 10, alibi dubitari de valore. Refert P. Lambertinus (postea Benedictus XIV.) *Instit. Canon. 86. pag. 565., à S. Congregatione Concilii 3. Dec. an. 1707. ad questionem: an curati unius diœcesis, vocari à parochis alienæ diœcesis possint in istâ audire confessiones, tam suorum subditorum, quam alienorum, absque licentiâ Episcopi, responsum fuisse, affirmativè quoad subditos, negativè quoad alios.* Id ipsum tenebitur quoad approbatos in archi diœcesi Trevirensi inferiore, si vellent in adjutorium confessionis assumi à parochis superioris, ex naturâ approbationis limitatæ. Denique is, qui unice ex obtentione vel administratione beneficii curati, approbationem habet, perditio beneficio, vel vicariâ administratione, perdit quoque suam approbationem, licet ipsa quoad beneficiatum foret perpetua, quoad regiminis vicarii compotem ad triennium, hœcque nondum effluxisset.

XXIV. Intuitu peccatorum, quæ deferuntur ad confessionale, limitatur approbatio ob certa peccata, quorum remissionem Episcopus sibi reservavit. *

* Tunc enim non sufficit approbatio generalis absque clausulâ: *non tamen à reservatis; sed positivè* requiritur ista: *etiam à casibus jurisdictioni nostræ reservatis, quæ non tam rationem approbationis, quam concessionem jurisdictionis continet: unde Alexander VII. anno, 1665. damnavit hanc propositionem, ordine 12. Mendicantes*

cantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtentâ ad id Episcoporum facultate.

XXV. Equidem Clemens X. 22. Maji anno 1670. in constitutione: *Superna magni patrisfamilias* §. 4. inter approbandos Regulares voluit fieri *distinctionem*, ut aliorum approbatio non esset *limitata*, aliorum esset; * sed multi Episcopi istud discrimen non acceptârunt. **

* *Illos Religiosos, qui ad confessiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint, ab Episcopis generaliter quoque & indistinctè, absque aliquâ limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum, in diocesi propriâ admittendos esse, statuens; quoad ceteros verò, qui non ad eò idonei reperuntur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquens, ipsos cum limitatâ facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, approbare & admittere.*

** Audiamus de super *Benedictum XIV.*, tunc adhuc *Prosperum Lambertinum*, & *Archiep. Bononiensem*, in suâ *Institut.* 86. pag. 366. versic. *tertid*, ubi, relatis Regularium fundamentis, & S. Congregationis Concilii sententiis, subjungit: *atamen Clemens X aditum Episcopis reservavit, ut limitatas hujusmodi facultates Regularibus impertirent . . .* & refert verbotenus distinctionem, quam fecit iste Papa, continuando: *quam ob rem, cum hæc doctrinæ virtutisque præstantia dignosci nequeat, nisi examen circa questiones Theologiæ moralis instituat, quod ita facile non est; ideò facultas TANTUM LIMITATA, tum secularibus, tum Regularibus presbyteris tradi consuevit, ita, ut magis idoneis AD ANNUM, ceteris autem AD MINUS TEMPORIS SPATIUM eadem facultas protrahatur: sic practicavit ipsemet *Benedictus XIV.* in suo Archiepiscopatu, declarans loc. cit., facultatem audiendæ confessionis certis limitibus à se conclusam esse, ita, UT ANNI SPATIUM NON EXCEDAT, eoque peracto sacerdos, tum regularis, tum secularis, illius prorogationem à nobis, inquit, petere teneatur: plura quare ibi.*

XXVI. Nullus ab hâc necessitate, præsentandi se ad examen, & obtinendæ approbationis Episcopalis, eximitur, *etiam Regularis*, quamquam sacræ paginæ Doctor foret, aut Superior cujuscunque gradûs; neque enim, Priores, Rectores, aut Guardiani, imò nec Provinciales ipsi, ostendere possunt, se particulæ, *nullus*, quæ malignantis naturæ est, subtractos existere: imò, si qui etiam *Generales Ordinum* privilegii ope subtracti fuissent, cassavit hoc *Urbanus VIII.*

VIII, anno 1628.
lar. pag. 161.

* Equidem S. Pius V. bus 3. inter alia ordi-
danti, qui cum hoc
forum doctrinâ ambig
mossu salutari, ab Ep
titutione: Romani p
cretum Concilii Trid
cularium præpositorum
gularibus quorundam C
ventibus, etiam si san
licentiâ GRADUAT
ibus Ministris, sacra
CUNQUE Regulari
ne vigore deputationis
bus, etiam, quod il
que speciali impostero
confessiones audire præ
quam quibus auctoritat
cem religio sibi facta
quandocumque minus idoneo
Superioribus præpositus e
vil. Regular. tract. 6.
& doctores suæ doctri
moralis verò claudicant
es, & sanum judicium
folliariorum plebium s
tione temperatæ sint:
danti, solet remitti e
SI ILLIS VIDEBITU
eisdem discretio exhibetur
eo ipso autem nullius ter
bitum subeundi examinis

Altitio 1. Cum Innoc. V.
Apostolicos, Episcopali
infidelium, qui per re
gerent, Regulares M
tationis, censendo. Tu
eodem ab istis accipere
in facultatibus, quibus

VIII, anno 1628. Constit. *Cum sicut accepimus* 92. Tom. 4. Bul-
lar. pag. 161. *

* Equidem S. Pius V. anno 1567. in Bulla: *Etsi mendicantium*. §. In decisionibus 3. inter alia ordinaverat, ut *Lectores ex iisdem fratribus, & in Theologia graduati, qui cum licentiâ suorum Superiorum ad gradum admissi fuerint, cum de ipsorum doctrinâ ambigendum non sit, tam confessiones audirent, quam prædicationis munus subituri, ab Episcopis minimè examinentur*; sed idem Papa anno 1571. Constitutione: *Romani pontificis* §. 2. & 3. hoc sustulit, decernens & declarans, decretum Concilii Tridentini de approbatione Regularium, audiendis confessionibus secularium præpositorum, ab Episcopis faciendâ, observari debere etiam ab omnibus Regularibus quorumvis Ordinum, etiam mendicantium, etiam sub regulari disciplinâ viventibus, etiamsi sint **LECTORES**, aut in Theologiâ, etiam de Superiorum suorum licentiâ **GRADUATI** vel promoti, vel à suis Magistris generalibus, vel provincialibus Ministris, secularium confessionibus audiendis expositi... inhibens **QUIBUSCUNQUE** Regularibus quorumvis Ordinum, etiam mendicantium, ut præfertur, ne vigore deputationis, & approbationis ab eisdem Magistris & Ministris Provincialibus, etiam, quod illarum occasione ab Ordinariis hucusque tolerari fuerint, absque speciali imposteriorum licentiâ & approbatione ab Ordinariis obtinendâ, secularium confessiones audire præsumant, decernens irritum & inane, si secus sepe his à quocumque quâvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Movit Pontificem relatio sibi facta, præcedentis sæcæ declarationis vigore sacerdotes Regulares quandoque minus idoneos & inhabiles confessionibus secularium audiendis ab eorum Superioribus præpositos esse: addit Didacus ab Aragoniâ, Cordiger, in *Dilucidar. privileg. Regular. tract. 6. cap. 3. num. 3.* istas rationes: *tum, quia non omnes lectores & doctores sunt docti; tum etiam, quia multi in Theologiâ scholasticâ eminent, in morali verò claudicant; neque scientiam scholæ semper comitatur prudentia praxeos, & sanum iudicium naturale.* Accedit, quod Episcopi inter sit explorare confessionum plebium suarum opiniones, utrum laxæ, strictæ, mediæ, & discretione temperatæ sint: apud nos Lectoribus, actu docentibus, licet non sint graduati, solet remitti examen, dicente Tridentino: *nisi ab Episcopis per examen, SI ILLIS VIDEBITUR ESSE NECESSARIUM, aut aliâs, idoneus iudicetur*: eadem discretio exhibetur quoque Regularium primis per monasteria Superioribus; eo ipso autem nullius temporis, etiam immemorialis, valet præscriptio contra debitum subeundi examinis, si hoc prætenderet Episcopus.

Additio I. Cum Innoc. XI. an. 1688. constituisset, fore in Angliâ tres Vicarios Apostolicos, Episcopali characterè insignitos cum titulis Ecclesiarum in partibus infidelium, qui per regiones hujus regni divisi catholicorum spirituale regimen gererent, Regulares Missionarii disputarunt ipsis necessitatem examinis & approbationis, causando, Tridentinum loqui de Episcopis Ordinariis: sed prevaluit, eosdem ab istis accipere debere prævio examine approbationem, utpotè positus cum iis facultatibus, quibus Ordinarii in suis civitatibus, & diocesisbus utuntur. Quæ

Congregationum Decreta firmavit auctoritas Apostolica per Brevia, Imoc. XII. 5. Nov. 1696., & Benedicti XIV. 2. Sept. 1745, ut refert ipse lib. 9. de Synodo cap. 16. num. 8.

Additio 2. Idem Pontifex loc. cit. refert, his per Tridentinum Concilium, & Constitutiones Sedis Apostolicæ ita decretis, accessisse opportunas declarationes dubiorum, quibus vexari non destitit sententia textus, licet plana & aperta, tum ipsius Concilii, tum prædictarum constitutionum; subsecutis acquiescentiis solemnibus, & agnitionibus Superiorum regularium Parisiis; procul dubio putavit illas, quas G. Juenin Tract. de Sacram. dissert. 6. quest. 7. cap. 3. art. 3. cap. 1. de anno 1633. per extensum habet, unâ cum proseriptione & revocatione propositionum, quas quidam Regulares docuerant in contrarium. Et huic legi paruerunt quoque, ut ut aliâs privilegiati præ cæteris, Patres S. J. Claud. La Croix lib. 6. part. 2. num. 1576. scribit de se & suis: „ non possumus audire secularium confessiones, „ ubi vis locorum, sed debemus prius esse approbati ab Ordinariis locorum, ubi autem dimis; & in num. seq. dat exceptiones aliquas privilegii Apostolici, absolvendi quoscunque Christi fideles UNDECUNQUE venientes; ut vix non putares, prædictum authorem sentire, pro audiendis secularium, ad templa Societatis undecunque venientium, confessionibus Patres ejus non indigere approbatione Episcopi, secus, si velint ubi vis locorum. Sed bulla Urbani VIII. revocavit privilegia catenus data quibusvis Ordinibus, etiam Societati Jesu, & certum est, quæcumque Regularum indigere approbatione Episcopali ad excipiendum confessiones secularium, etiam in Ecclesiis sui Ordinis.

Additio 3. Idem Claud. La Croix de ministro pœn. num. 1519. verè docet; illi regulares approbantur ab Episcopo, qui approbantur à Superioribus suis EX SPECIALI GRATIA, VEL FACULTATE CONCESSA ab Episcopis. Sed vix eam concedunt Episcopi, nisi fortè aliqui Patribus Societatis, utpote præsumptionem capacitatis pro se habentibus, simul atque domi reperiuntur idonei ad confessionale. Quoniam verò hæc est specialis gratia, idèd revocari ad libitum potest. Eminentiſſimus glor. mem. Trevir. Archiepiscopus Franciscus Georgius circa annum 1750. præcepit, ut, quod prius non fiebat, Superior Patrum S. J. exhiberet nomina omnium Confessariorum domûs suæ, quorum unusquisque personalem suam schedam approbationis à Rmo Vicariatu generali Treviris, vel respectivè ab Officialatu Confluentiæ, recipiat: non solent examinari: approbantur ad triennium, non diutiùs: omnes accipiunt potestatem absolvendi à casibus reservatis, delicto complis in materiâ venerèd, & percussione Clerici, semper exceptis: sed tantùm certi approbantur pro certis quique monialibus.

XXVII. Nec quisquam (extra necessitatis articulum) cæpere potest diffugium hujus requisiti, ex eo, quòd pœnitens 1.) mera peccata venialia confiteatur, aut 2.) dubia, * aut 3.) jam aliâs clavibus subjecta, obtentâ absolutione **.

* Quan-

* Quæquam enim liber
jectis tamen clavium
clavium exercitio care
rentibus, non minoris
clavibus, subjecta reip

XXVIII. Quis autem Ep
fessarii? an pœnitent
fiones? Be. Episco
probationum; e. g.
rensi sacramentales u
confessiones excipere,
pœnitentiâ, in formâ
absolvere, Verbum
quos spectat, licenti

* Potest e. g. Archiepiscopus
Colonienſis, Leodiensis
dicationes in Trevirensi
approbati possunt audire
necesse, eos à venienti
approbatio pro loco, ubi
licet Regularis, pro An
Colonienſis ad St. Mar
Archidieceſim iſtis pere
suavia assumptus.

Aditio 1. Quid autem d
ab Inquis solum Episcopi
a. Proscribit sibi de vic
ceps, ut loco eorum alte
probationem & jurisdic
commemoratur, regularis a
Principi esse hujus velu
ejus matrimonio, neque
extremam unctionem, si

Aditio 2. Curio castrenſis
ret, ab Episcopo Princip
les ejus audire, quoc

* Quoniam enim liberum sit hujusmodi peccata clavibus subicere, vel non; subjectis tamen clavium virtutem applicare non potest, qui, defectu approbationis, clavium exercitio caret: ad hæc moderari conscientis, *sola venialia*, aut *dubia* afferentibus, non minoris est artis, quam afferentibus *grossa*: utrum peccata, semel clavibus, subjecta re ipsâ extiterint remissa, nemo scit *cap. 16. de purg. can.*

XXVIII. Quis autem Episcopus dabit approbationem? an Episcopus *confessarii*? an *pœnitentis*? an *diœcesis*, in quâ volunt audiri confessiones? R. Episcopus *diœcesis*, in quâ; ut habent formulæ approbationum; e. g. Trevirensis: *ut in Archidiœcesi superiore Trevirensi sacramentales utriusque sexûs Christi fidelium, ad te venientium, confessiones excipere, eosdémque pœnitentes, injunctâ ipsis prius salvari pœnitentiâ, in formâ ecclesiæ consuetâ, & foro duntaxat conscientiæ, absolvere, Verbum Dei prædicare, aliâque Sacramenta, de eorum, ad quos spectat, licentiâ, administrare liberè ac licitè possis.* *

* Potest e. g. Archiepiscopus Trevirensis parochos suæ diœcesis vicinos, Moguntinæ, Colonienfis, Leodientis, Merensis, diœcesium, approbare ad confessiones & prædicationes in Trevirensi; nec tamen est istorum Episcopus; confessarii Treviris approbati possunt audire pœnitentes ex alienis diœcesibus huc venientes, quin sit necesse, eos à venientium Episcopis esse approbatos: ergò necessaria tantum est approbatio *pro loco, ubi*; nec ipsa egreditur *limites loci, pro quo data est*; hinc, licet Regularis, pro Archidiœcesi Colonienfi approbatus, conducat Diœcesanos Colonienfes ad St. Mathiam Treviros, non valent tamen ejus absolutiones intra Archidiœcesin istis peregrinantibus data, nisi ab horum parochis eatenus *pro vicariis fuerit assumptus.*

Additio 1. Quid autem de confessario, sæculari, regulari, alicujus Principis laici, ab hujus solum Episcopo approbato, si diversas diœceses peragrante comitetur? R. Prospiciet sibi de vicariâ commissione Episcopi vel parochi, cui subest Princeps, ut loco eorum alterutrus iter agat cum illo; aliàs sacerdos sæcularis & approbationem & jurisdictionem petet à quovis Episcopo, in cujus diœcesi Princeps commoratur, *regularis* autem saltem quæret approbationem: dicere, *Confessarium Principis esse hujus velut parochum*, est commentari; neque enim potest assistere ejus matrimonio, neque infantes illius baptizare, nec ipsi porrigere viaticum, & extremam unctionem, sine licentiâ parochi aulæ.

Additio 2. Curio castrensis alicujus legionis, sive sit regularis, sive clericus presbyter, ab Episcopo Principis, cujus est legio, approbatus pro hæc curâ, potest milites ejus audire, quocunque veniat legio; quia est curatus cujusdam parochiæ ambu-

ambulantis; nec refert, quòd in demortuorum locum succedant, vel aliàs accedant novi milites, Episcopo, qui curionem approbavit, non subiecti; quia semper eadem est legio *l. 76. ff. de judic.* Curio talis absolvere poterit, tum vagos, tum aliarum legionum milites ad se venientes, non autem diœcesanos homines, sine approbatione Episcopi ejus loci, in quo commoratur; quanquam enim consuetudo ferat, ut diœcesanis liceat confiteri extra parochiam suam; non tamen adest mos aliquis, ut in parochiâ merè ambulante. Quòd dictum de curione militis in *castris*, idem est de *hybernis*, ac *præsidis*; quia non æstivans tantùm parochia curionis est, sed etiam *hybernans*, & in *præsidio* consistens.

Additio 3. Regularis approbatus ab Episcopo, non solùm in sua ecclesiâ, sed etiam per domos civium & incolarum, potest excipere confessiones sæcularium. *Benedictus XIV. lib. 9. de Syn. cap. 16. n. 9.*, ubi refert excessum ejusdam Episcopi, & moderamen S. Congreg. Concilii d. d. 14. Dec. 1658. Sed, quòd in ecclesiâ alienis audire posset sine licentiâ Rectorum earum, hoc non fert secum approbatio, eisdemque succedens papalis jurisdictio, & est expressè contra *Clement. Dudum 2. de sepultur.*

CASUS CANONICUS.

Juris auditor, qui parùm studuit juribus, praxin utcumque subit, paulùm post judex factus, per juris imprudentiam citra dolum, plurimas fert sententias, quibus simplices rusticelli, putantes, jus sibi rectè dictum fuisse, acquiescunt: comperto demùm, quòd sententia illæ per imperitiam juris latæ fuerint, Q. An judex iste teneatur solummodò refarcire læsis damna ad modum *princ. Inst. de oblig. quæ quasi ex delicto, in quantum nempè de eâ re æquum Religioni judicantis videbitur*, an verò in solidum, tanquam ex vero delicto. R. Pro foro externo ad dictum modum, pro interno in solidum; sicut pro utroque Advocatus malè patrocians, Assessor erroneè suggerens judici, Medicus imperitè curans, Chyrurgus ineptè secans; imperitia enim culpæ annumeratur. *l. 132. ff. de R. J.*

EX

EX

Ad Tr

Ait l. un. h. t. solutioni satis non est conveniri.

Quo alio in loco? F. libet alio, per l. 43. ff. de condic. indeb.

Arbitraria dicitur sed adjectio; retineb. locus solutioni non quatuor adjacet aliis, tu, 3.) De constitut.

Judicii bonæ fidei

Finis hujus actionis etiam æstimatio, quo in quo petitur, jo

In hac æstimatione

Ait l. 3. h. t. Actio, sequitur.

contenditur, constituta estentem moveri. Prin forum rei sita, du

EX JURE CIVILI.

Ad Tit. XVIII. lib. III. Codicis.

I. **A**it l. un. h. t. *Qui certo loco se se soluturum pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit, arbitrariâ actione, & in alio loco potest conveniri.*

II. *Quo alio in loco? R. Non in solo contractûs, vel domicilii, sed quolibet alio, per l. 43. ff. de jud. l. 16. §. 1. ff. de constit. pecun. l. 27. ff. de condict. indeb.*

III. *Arbitraria dicitur hæc actio; estne hoc ejus nomen? R. Non, sed adjectio; retinebitur ergò nomen actionis, quæ competeret, si locus solutioni non fuisset adjectus; nempe hæc nostra arbitraria quatuor adjacet aliis, 1.) Ex testamento actioni, 2.) Ex stipulatu, 3.) De constitutâ, 4.) Condiçioni certi ex mutuo.*

IV. *Judiciis bonæ fidei non adjacet. l. 7. ff. de eo, quod certo loco.*

V. *Finis hujus actionis est, ut non solum obtineatur res debita, sed etiam æstimatio, quod alterutrius interfuit suo loco potius, quam in eo, in quo petitur, solutum esse.*

VI. *In hæc æstimatione non est locus jurijurando in litem.*

Ad Tit. XIX.

I. **A**it l. 3. h. t. *Actor rei forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur. Sed & in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutæ sunt, jubemus IN REM actionem adversus possidentem moveri. Prima pars dat regulam: secunda assignat in specie forum rei sitæ, dum hæc actione in rem petitur.*

II. Ver-

- II. Verba: *jubemus moveri*, excludunt concursum *fori ex domicilio rei cum foro rei sitæ*, proindeque *electionem actoris*.
- III. Hinc in praxi *judex rei sitæ* rectè denegat executionem sententiæ, præterito se, super eadem à *judice domicilii latæ*.
- IV. Idque verum est, si *mobilis* res fuerit, si *immobilis*; cùm lex indistinctè jubeat.
- V. Qui est in Germaniâ *mediatus ratione domicilii*, *immediatus* autem ad Imperium *ratione rei sitæ*, is non tenetur super hâc re defendere se coram *judice sui domicilii*.

Ad Tit. XX.

- I. Non sine causâ præfens titulus separatus existit à præcedente, declarans, *ubi DE HÆREDITATE AGATUR, vel, ubi hæredes scripti IN POSSESSIONEM MITTI* postulare debeant; nempe hîc non est *idem prorsus forum*, quod *in rem actioni* præcedens titulus ordinavit.
- II. Aliud est: *missionem in RES HÆREDITARIAS* postulare; aliud: *petitionem HÆREDITATIS* instituere: in priore adibitur *forum rerum sitarum* princ. l. un. h. t.; in posteriore autem *forum domicilii* ejus, qui à petitore hæreditatis convenitur; sed inter fora domicilii, fortè plura, præferetur illud, *ubi res hæreditariæ sitæ sunt*. d. l. un.
- III. Cur verò *hæreditas* non petetur ibi, *ubi in rem agendum est*? B. Quia hæreditas nullibi sita est.
- IV. Sed tam praxi, quàm ipsiusmet juris Romani principiis, conformius est, ibi institui debere *petitorium* hæreditatis præfens, ubi debent introduci *remedia possessoria* pro rerum ejusdem consecutione.
- V. Nec

V. Nec tenetur judicem am judicis domicilii

VI. Quid ergò, si in provincia subsint uni sive continentia cause, hæreditatis.

I. Eum, qui alie mine, admittit. l. i. b. t.

II. Ab hoc nullus puta, si fortè fuisset laico.

III. Hinc anno 1766 proconsularis & testamenti viduæ Facultate juris filteret, & ratione

Primos rem furtiva quis dubitans; quare, furto neque reddunt rem furi, mi quidem, ut præ suspicionem criminis

V. Nec tenetur iudex *rerum hereditariarum sitarum* exequi sententiam iudicis *domicilii*, quod habet hereditatis possessor.

VI. Quid ergò, si in *diversis territoriis* jaceret hereditas? R. Si *omnia* subsint *uni superiori* dicasterio, immediatè accedet *istud ex continentia causæ*, secùs, coram *singulis* eorum *foris* petetur pars hereditatis.

Ad Tit. XXI.

I. **E**um, qui aliena negotia, sive ex tutela, sive *quocunque alio nomine*, administravit, rationem ibi oportet reddere, ubi hæc gessit. *l. i. b. t.*

II. Ab hoc nullus eximitur ope fori privilegiati, nisi *solus clericus*, puta, si fortè fuit tutor, curator, vel executor testamenti pro laico.

III. Hinc anno 1761. 7. Maji Electorale Regimen rectè compulit proconsularis & scabinalis ordinis virum, ut ipse, quà executor testamenti viduæ Professoris juris, & reus conventus, se se coram Facultate juridicâ Trevirensi, utpotè foro administrationis, sifteret, & rationes redderet.

CASUS CIVILIS.

Primus rem furtivam *sciens* emit à fure, secundus *ignorans*, tertius *dubitans*; quartus *ignorans* dono accepit à fure: *Tres posteriores*, furto rei que domino compertis, *primus* pœnitentiâ ductus, reddunt rem furi, incerti, an hic sit eam restitutus, & tres primi quidem, ut pretium datum recuperent, quartus autem, ne in suspicionem criminis incidat: fur non restituit.

C

Q. I.

Q. 1. An domino competat actio contra hos reddentes rem furi?
 R. Competit, & quidem *contra tres primos* rei vindicatio; quia dolo defierunt possidere, ne cogentur, etiam non refuso pretio, rem domino restituere juxta *l. 3. 4. 23. C. de R. V. l. 2. C. de furt.* Contra *primum* insuper actio furti. *l. 14. C. eod. l. 8. C. ex quib. caus. infam. l. 67. ff. de furt.* Contra *quartum* actio in factum, quia sine causâ restituit rem furi cum incertitudine, an dominus eam sit recepturus.

Q. 2. An saltem *pro foro interno* transeat ista redditio? R. In nullo horum quatuor transit; agerent enim contra justitiam naturalem omnes, *l. 31. ff. de pos.*, insuper habitâ radice restitutionis *ex re acceptâ*, leges justas *pro foro externo*, consequenter etiam *pro foro interno* justas & observandas, transgrediendo.

EX JURE PUBLICO S. R. I.

I. **A**it *Innoc. III.* in famoso cap. *Venerabilem 34.* de Elect. *Quodd autem, cum in electione (futuri Imperatoris) vota Principum dividuntur, post admonitionem, & expectationem ALTERI PARTIUM FAVERE POSSIMUS, maximè, postquam à nobis unctio, consecratio & coronatio postulantur, JURE patet pariter, & EXEMPLO.*

II. *Jus* sic ostendit: *Nunquid enim, si Principes admoniti, & expectati vel non potuerunt, vel noluerunt in unum propositum convenire, Sedes Apostolica advocato & defensore carebit, eorumque culpa ipsi re-
 dundabit in pœnam?*

III. *Exemplum* affert: *Sciunt autem Principes, quòd, cum LOTHARIUS & CONRADUS in discordiâ fuissent electi, Romanus Pontifex*

sex LOTHARIUS
 dem CONRADO

IV. Veruntamen al-
 favorem; cum vic-
 clesie Romanæ,
 perii, aut in horu-
 dignitas Imperat-
 cæ, liberâque e-
 gligentiam) sep-

V. Exemplum verò
 casu Honorius II.
 Lotbavium II.,
 pote anno 1125;
 guntie unie elect-
 conie Duce, post
 anno 1126. per
 conspiratores super
 chiepis, All-
 non Archiepiscopi
 Suffraganeis excom-
 II. solemnè anathe-
 qui Conradum Mod-
 deposito.

VI. Frustrâ scribit G-
 Papam favere, cū
 vel cū potestas e-
 cadit in eum, qu-
 meram duntaxat e-
 vel habet.

fex **LOTHARIUM** coronavit, & Imperium obtinuit coronatus, eodem **CONRADO** tunc demùm ad ejus gratiam redeunte.

IV. Veruntamen allegatum *jus* non evincit prætenſum Papæ *potiorem favorem*; cùm vices Imperatoris, quâ advocati, & defenſoris Eccleſiæ Romanæ, ſupplere interim poſſint ac debeant *Vicarii Imperii*, aut in horum defectu *totum Corpus regni Germaniæ*, cui tam dignitas Imperatoris quàm advocatia, & defenſio Sedis Apoſtolicæ, liberâque electio (nemine ſuppleturo impotentiam vel negligentiam) ſemel pro ſemper fuerunt annexæ.

V. *Exemplum* verò non ſervit themati Innocentiano; cùm in adducto caſu *Honorius II.* & poſteum *Innoc. II.* Papæ debuerint agnoſcere *Lotharium II.*, non *favore* intercedente, ſed *juſtitia* exigente, utpote anno 1125. poſt obitum *Henrici V.* Imp. in concordia *Moguntia* unicè electum, & *Aquisgranico* coronatum, *Conrado*, *Franconiæ* Duce, poſteâ hujus nominis Imperatore vulgò *III.*, modò anno 1126. per *Fridericum* *Suevum*, & quosdam alios factioſos conſpiratores *ſuperinducto*, proindè que à S. R. I. Electoribus Archiepiſcopis, *Alberto* *Moguntino*, & *Megingero* *Trevirenſi*, nec non Archiepiſcopis, *Salisburgenſi*, & *Magdeburgenſi*, eorùmque Suffraganeis excommunicato, imò verò ab ipſomet Papâ *Honorio II.* ſolemni anathemate percuſſo; *Anſelmo* autem *Mediolanenſi*, qui *Conradum* *Modœtiæ*, regni *Italici* ſede, ungere præſumpſerat, depoſito.

VI. Fruſtrâ ſcribit *Gloſſa* hîc in verbo: *favere*, tunc demùm debere Papam *favere*, cùm merita electorum & eligentium ſunt paria; vel cùm poteſtas eligendi devoluta eſt ad ipſum; neutrum quippe cadit in eum, qui electionem nec *confirmat*, nec *infirmat*, ſed meram duntaxat exceptionem *contra perſonam electam* prætendit, vel habet.

EX JURE FEUDALI.

- I. **I**n cap. 2. §. de feud. Archiep. Mediolanensis quæsit dubitans, *utrum, cùm contingit vasallum suum decedere, & ad se feudum ipsius redire, feudum ejus aliis liceat sibi dare, quamvis juramento teneatur adstrictus non infeudare de novo, Romano Pontifice inconsulto?* Innoc. III. volens de mente ejus scrupulum dubitationis auferre, respondit paucis: *feudum decedentis LIBERE (si videris expedire) concedas.*

- II. Summarium capituli hujus ponit thema: *non obstante juramento de non infeudando, potest Episcopus ANTIQUUM feudum, ad Ecclesiam reversum, novo vasallo concedere.*

- III. Verùm casus propositus flet de feudo *antiquo*, i. e. jam de personâ primi acquirentis egresso; flet quoque de feudo, *ab antiquo* i. e. 40. annis, *dari solito.*

- IV. Verbum: *liberè* plerique sic explicant, ut non sit opus solemnitatibus; opponente se *Grammatio* in cap. 7. de reb. Ecc. alien. num. 4.

- V. Sed rectè notat hic num. 2. *Panormitanus*, nihil alienationi hoc casu obstare visum esse consulenti Archiepiscopo, *nisi juramentum;* cùm à principio sancitum fuerit, ut bona illa darentur in feudum.

- VI. Ex quo successit axioma receptum: *res semel facta alienabilis, semper manet alienabilis,* non addendo: *ab antiquo.*

- VII. Cui veritati non nocuit iste juramenti tenor: *possessiones verò ad mensam meam pertinentes non vendam, nec donabo, neque impignorabo, nec de novo infeudabo, vel aliquando alienabo, etiam cum consensu Capituli meæ Ecclesiæ, inconsulto Romano Pontifice; tum,*

quia

quia non infeudasti
res, quarum dominus

III. Imò, si qua si
rerum pleno jure a
juramentum. Cap. si

II. Quòd si Episcopus
traheret suæ ecclesiæ,
eccl. alien.

I. Post Extrav. Am
hanc libertatem, u

EX

Ait lex 6. §. 7. f.
(militibus) cap
irroganda.

I. Conjunctio lapsus
illo ex ebrietate, c
penam ordinariam no
sed sufficere absentiam

II. Ebriorum tres gr
drii, quorum menti
2.) Alii immodicè sive
rum, vel infantium
Alii verò in extrem
furiosis, aut mente
nullus actus humanus,

quia non infeudasset *de novo*, tum, quia hoc refertur duntaxat ad res, quarum *dominium plenum* est penes Ecclesiam.

VIII. Imò, si qua sit *ex necessitate officii pastoralis* facienda alienatio rerum *pleno jure* ad mensam Episcopi pertinentium, non obstat juramentum. *Cap. fin. de Eccles. edific.*

IX. Quòd si Episcopus feudum sibi apertum semel iterum incorporasset suæ ecclesiæ, jam subintraret juramentum. *Cap. 8. de reb. eccles. alien.*

X. Post Extrav. *Ambitiose* Pauli II. de anno 1468. requiritur ad hanc libertatem, ut res *ab antiquo* in feudum dari solita sit.

EX JURE CRIMINALI.

I. **A**it lex 6. §. 7. ff. de re milit. *Per vinum, aut lasciviam lapsis* (militibus) *capitalis pena remittenda est, & militiae mutatio irroganda.*

II. Conjunctio lapsus in delictum *ex lasciviâ*, i. e. perulantiâ, cum illo *ex ebrietate*, ostendit, ad remittendam ebrio delinquenti pœnam *ordinariam* non requiri *omnimodam* usûs rationis *privationem*, sed sufficere *absentiam doli*, i. e. mali studiosè propositi.

III. Ebriorum *tres gradus* distinguimus; alii enim 1.) sunt *modicè ebrii*, quorum mentis præsentia parùm læsa est vino, vel zytho. 2.) Alii *immodicè* sive *enormiter ebrii*, qui ad conditionem puerorum, vel infantium septennio propinquorum redacti sunt. 3.) Alii verò in *extremo apice*, sive *enormissimè ebrii* sunt, assimilati furiosis, aut mente captis, in quibus nulla penitè lux rationis, nullus *actus humanus*, meri *actus hominis*.

- IV. *Primus gradus non meretur remissionem pœnæ ordinariæ, quia consistit cum dolo.*
- V. *Secundus meretur pœnam, non solius ebrietatis, sed ipsius etiam delicti in illâ commissi, attamen extraordinariam duntaxat.*
- VI. *Tertius solius ebrietatis, nullam, ne extraordinariam quidem, ipsius delicti in ebrietate patrati.*
- VII. *Qui ad subtrahendum à pœnâ ebrium requirunt, ut iste, instar sacci farinâ repleti, motus omnis, sensûsque animalis expers fuerit, impingunt contra S. Scripturam Gen. 19. v. 33. & 35.; Loth enim ita fuit ebrius, ut mente non senserit, quod corpore egit cum filiabus suis; indèque S. Augustino relato in can. 9. XV. q. 1. culpatur, non pro incestu, sed pro ebrietate solâ.*
- VIII. *Hinc est exotica illa quorundam decisio, quòd, quantacunque fit ebrietas, non tamen omnem rationis usum tollat, sed aliquem relinquat.*
- IX. *Hoc assertum non evincit ebrii, ut ut fortè apposita ad rem, loquela, nec directio nocentis actionis in unum præ cæteris, neque voluntatis e. g. occidendi declaratio, aut facti defensio, neque fuga post actum; hæc enim & puer, imò infans sæpè facit, & tamen absque dolo.*
- X. *Unde ergo practicè æstimabitur ebrietas, excusans respectivè in tantum & totum? R. Præter indicia ex gressu, cæterisque actibus remulenti, præprimis à quantitate, & qualitate potûs, notabiliter excedentibus capacitatem bibendi individualem sine inebriatione: **

* Multum ad excusationem istam contribuunt 1.) amicitia præcedens, 2.) ira per injurias in rixâ provocata, 3.) non capta fuga, vel latibula, 4.) Dolor mox proditus intellecto maleficio. Factum Alexandri M., in temulentia irritati, charumque

que sibi Clitum occide
tanta accusantem ing
I. Confito de suffic
quia à sic delinquent
nalis, super articulo
II. Imò nequidem in
explorabitur per ista
cerò non sciat statu
III. Quod refert F
Pittaco eorum uno
latam esse per ebr
nisque est anno 15
injustum verò, si p
morte afficeretur in
IV. Planè, si quis cum
ordinaria iustè huic d

EX JU

in §. 3. Tit. 14. no
fung der Interesse
ergentis, kein Stre
misses, nemlich fünf
Loquitur Sphus iste
earum, solvendis.
In morâ vult cum
di, aut per hominis i

que sibi Clitum occidentis, narrat *Q. Curtius lib. 8. cap. 2.*, servitque ad refutanda accusantium ingesta contra temulentie probationem.

- XI. Confito de *sufficiente* ad ebrietatem *causâ*, præsumetur effectus, quia à sic delinquente prætendi possit tortura *spiritualis*, aut *corporalis*, super articulo præsentiae animi.
- XII. Imò nequidem *in dubio* de immodicitate ebrietatis veritas animi explorabitur per istas torturas; cùm homo, sibi à crapulâ restitutus, certò non sciat statum suæ mentis pro tempore ebrietatis.
- XIII. Quod refert *Plutarchus* in convivio 7. Sapientum Græciæ, à *Pittaco* eorum uno *duplam ejus*, quæ sobrio infligeretur, *pœnam* latam esse per ebrietatem peccanti, suo modo justum erat, secutusque est anno 1531. *Carolus V.* Imp. in constitutionibus Belgicis; injustum verò, si *planè* quis ebrius deliquerit, aut *immodicè ebrius* morte afficeretur instar sobrii.
- XIV. Planè, si quis cum proposito delicti se *studiosè* inebriasset, pœna ordinaria justè huic dictaretur.

EX JURE TREVIRENSI.

Ait §. 3. *Tit. 14.* nostri juris statutarii: und damit über Erweisung der Interesse, so wohl ratione lucri cessantis, quàm damni emergentis, kein Streit entstehe, wollen wir selbiges auf ein gewisses, nemlich fünf vom hundert, hiemit modificiret haben.

- I. Loquitur Sphus iste de usuris, *ex morâ solum*, citra stipulationem earum, solvendis.
- II. In morâ vult cum jure communi constitui debitorem, aut per *diei*, aut per *hominis* interpellationem.

III. Mo-

III. Modificatio hæc ejus, quod interest, ad 5. pro centum, non admittit probationem *majoris* interesse, contra *Recess. Deputationis Imp. Spirensis* de anno 1600. §. 139., ubi quidem usuræ ex morâ similiter ad 5. pro 100. determinantur, mox autem subjungitur: *da dem Creditori solch fünf Gulden nicht annehmlich, sondren er vermeinen wolte, tam ex lucro cessante, quam damno emergente, ein mehreres zu forderen, daß ihme alsdann sein ganz Interesse zudeduciren, gebührlich zuliquidiren, und zubescheinen, und der richterlicher Erkenntnuß darüber zugewarten, unbenommen seyn soll.* Valéne statutum nostrum contra hanc legem Imperii? R. Valet; quia hæc duntaxat concernit *judicium Camerae Imperialis*, nec pertinet ad *judicia Principum*, aliorumque Statuum.

IV. Sed nónne iniquum est, gratis mutuam danti, & ob moram solutionis damnum emergens majus patienti, denegare audientiam, & juris auxilium! R. Iniquum est, si *absque lite liquidum* sit majus damnum, secùs si super quantitate ejusdem priùs litigandum foret: *lites* voluit arcere statutum, non *rei evidentiam*.

V. Quid? si creditori *ex morâ* nihil lucri decessisset, nihil damni emerfisset? R. Pro foro conscientiae non posset usuras has accipere, nisi eas sibi expressè *pœnæ loco* stipulatus fuisset, ut essent *usuræ punitivæ*; cùm non forent *compensativæ*.

TOPOGRAPHICUM CANONICUM.

Ad inscriptionem cap. licet 3. de feriis, & 6. de pœnit.

In cap. 3. *Alexander III.* indulget, ut parœcianis liceat diebus Dominicis, & aliis Festis, præterquam majoribus anni, si alecia terræ se inclinaverint, eorum captioni intendere. In cap. 6., ut hi, qui tenentur ad pœnitentiam in pane & aquâ, panem verò, quo vescantur, non habent,

ent, possint legumi
necessitas id exposcat,
acta fuit hæc epistola

1. Corpora juris in
Codices MSci S. Sin
nensi Archiepiscopo.

2. Pithoeanum juris
Archiepiscopo.

3. Verbum *Triburien*
quondam regia cur
marcâ *Gevabâ* (im
heim, ditionis Ha
quam, nec alecia illi
regii juris curte in p
manni Comitis, qua
109, S. *Henricus* Im
ob ipso stabilitam ann

Correcturus erratur
in Topographiâ eccl
rem, autumando, leg
verò Treviri unquam
tos usque inclinantium
in Germaniâ hæc pesca
es isti reperuntur, c
scripsit ad provinciam
non reperiebat, ut
ne interpres, hanc si
Trevirensi, tradente C

bent, possint leguminibus, aut piscibus, aut aliis cibariis refici, si necessitas id exposcat, dúmne his utantur ad delicias. Quorsum directa fuit hæc epistola decretalis?

1. Corpora juris impressa habent: *Triburiensi Archiepiscopo*: duo Codices MSti S. Simeonis Trevir. similiter; unus autem: *Triburienfi Archiepiscopo*.
2. Pithoeanum juris Corpus notat, in plerisque legi *Episcopo*, non *Archiepiscopo*.
3. Verbum *Triburiensi* erratum esse, constat; nam *Triburia*, villa quondam regia cum palatio, sita inter Mœnum, & Rhenum, in marcâ *Gerachâ* (im *Serauer-Land*) inter Gros-Gerau, & Asteheim, ditionis Hasso-Darmstadianæ, nec Episcopum habuit unquam, nec alecia illi terræ se inclinantia. Idem est de aliâ *Triburi*, regii juris curte in pago Saxonico Westfalâ, & Comitatu Hermannii Comitis, quam teste vitâ *B. Meinwercki*, cap. 65. pag. m. 109, *S. Henricus* Imp. laudato Episcopo ad Abbatiam Paterbornæ ab ipso stabilitam anno 1020. XII. Kal. Mart. Coloniae donavit.
4. Correcturus erratum *Emmanuel Gonzalez*, Canonista cæteroque in Topographiâ ecclesiasticâ præcellens, lapsus est in alium errorem, autumando, legendum esse: *Trevirensi Archiepiscopo*, quasi verò Treviri unquam vacassent halecum, aut haringorum sese ad eos usque inclinantium capturæ: motus fuit ratione *generali*, quia in Germaniâ hæc piscatio exerceri solet, imò in ejus littoribus pisces isti reperiuntur, cui adjecit hanc *specialem*, quia *Alexander III.* scripsit ad provinciam frumento sterilem, ubi panis frequenter non reperiebatur, ut probat supradictum *cap. 6.*; ait verò laudatus interpres, hanc sterilitatem magnopere convenire provinciæ *Trevirensi*, tradente *Gerardo Mercatore* in suo Atlante minori: *Re-*

gio ipsa inæqualis est, ob idque sylvestris & squallida, & præter avenam vix quidquam proferens. Concludit Gonzalez: Hujus ergò Ecclesie Archiepiscopo, Hellino dicto, n̄ fallor, missa fuit præsens decisio. Decepit illum nominum affinitas,

5. Vero similis autem est, legi debere: *Wiburgensi* Episcopo, in *Chersoneso Cimbricâ*, postea *Futiâ* dictâ, *Suffraganeo Lundensis* olim *Archiepiscopi*, cujus, & *Abburgensis* Episcopi, dicecesin *haleces*, ex mari *Arctoo* prorumpentes, per sinus, *Codanum*, & *Limicum*, ingrediuntur.

I. O. H. D.



Ad 17
In Auditorio
EXE
JU
Tentat
The
GEORGI
U. D., & ad
Ss. Canonum
Nobilis, O
D. WILHEL
AA. LL. & Ph
S. R. I.
Augusta Treviror

ad 5. pro centum, non
 contra Recefs. Deprecatio
 ubi quidem ufura ex
 ur, mox autem fuppre-
 den nicht annehmlich,
 lucro ceffante, quam
 ederen, daß ihme als
 gebühlich zu liquiden
 der Erkenntnis darzu-
 foll. Valene itatum
 . Valet; qua hæc doc-
 s, nec pertinet ad iudicia

lanti, & ob moram fo-
 denegare audientem,
 lite liquidam fit ma-
 em prius ligandum
 dentiam.

celliffet, nihil damni
 poffet ufuras his acci-
 latus fuiffet, ut effent

ia.

ONICUM.

& 6. de penit.

nis liceat diebus Domini
 ni, fi alicia terra fe incli-
 6., ut hi, qui tenentur ad
 quo vefcuntur, non ha-
 bent,

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

TIFFEN® Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18
19	20	21	22	23	24	25	26	27

TIFFEN® Gray Scale © The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
		R	G	B			W				K			C	Y	M			